34.4.C.23.
L 3
41

RVSTICAE ET INSOLENTIS FORTVNÆ ETHIMA, VRBANIS, VIRTVTIS ERVTA LIXIIS.

VBI EMENTITÆ RVSTICI OVANTES ÆVI litant virtutes, & ſui laſſæ ſplendoris, Vrbani ſæculi ſuccumbunt faſcibus.

Præſentia Illuſtr. & Reuerendiſſ. D. D. Guillelmi du NoZet, Archiep. Seleucienſis Prolegati, Illuſtr. & Reuerend. D. F. Stephani Dulcis Archiepiſcopi: Excell. Caroli Malateſtæ Marchionis Roncofredi, Militiæ Pontificiæ Præfecti Generalis. Nec non dictæ Ciuitatis Magiſtratuum, ac præſertim Illuſtrium & Magnificorum DD. Petri d'Alphonſe Viguerij, Ioſephi Franciſci de Fogaſſes D. de la Bartelaſſe, Equitis Torquati Chriſtianiſſimi Galliarum Regis, Petri Baſſinet, Ioannis Caroli Conſulum, & Franciſci Fœlix Aſſeſſoris.

Et ſtudio GABRIELIS DE IOANNIS, Domini de Ruſſam exceratis, & in ædibus Diui Franciſci appoſitis, die 25. Auguſti 1623.

BIBLIOTECA NAZ. ROMA VITTORIO EMANUELE



AVENIONE,

Ex Typographia I. BRAMEREAV, Sanctiſſimi Domini noſtri, Vrbis & Vniuerſitatis Typographi. Ex Superiorum permiſſu. 1623.

Digitized by Google

Digitized by Google

VRBANO VIII. PONTIFICI OPT. MAXIMO.

MEDITANTI & ſomnianti Philoxeni, *ſua de Proconſulis poteſtate ſcripta, edixit oraculum,* vt Iuſto, Prudenti, cui non Maximus, *offerret, & oraculi inhærens vaticinio* Magunciæ Apollinis, *Sacerdoti obtulit. Coactus Ruſticæ & Vrbanæ virtutis duellium typis mandare neminem* (Beatiſſime Pater) *Te iuſto, prudente, maximum inueni. Tibi igitur iuſto huius duellij compoſitori, prudenti victori, & maximo cui non maximus, ouatori duellij pxcicon voueo, vt tua iuſticia (& ſi meritò) temeritati non damnetur, tua prudentia, ſi quid impolitum, & indigeſtum accelerato, & vrgenti imputetur tempori, non tamen meo vrbano*

Digitized by Google

animo, qui te iuſto prudente maximum, ſi diuina non refragaretur potentia, & tua pateretur prudentia, quæ omnium maxima eſt exoptaret, & te Maguntieis maximum annis, vt quæ viſurus fores tempora cum tua iuſtitia & prudentia decertarent. Quo diutius huius operis timida facies, & ſui conſcia velleris, audeſcat. Sed ſolo tuo freta numine, ardentior &,

------ Audacior ibit.

Beatitudinis veſtræ,

Humillimus & obſequentiſſimus ſeruus, & ſubditus

GAB. DE IOANNIS de Ruſſam.

VRBANO

Digitized by Google

VRBANO LECTORI.

CORAM Palamede,peroratus Gracius (*Vrbane Lector*) eius calamo lucis datæ cauſam ſcyculas inuidiæ expoſuit dapes: coram Auenionenſi populo; Ruſtico ſanè ſtylo de Vrbani Octaui vrbanitate loquutus, appiorum quorundam ingeniorum non niſi ex alieno loquẽtium cerebro,& ſuorum κηρὶ edoctorum vt Pſcytaci idem de me iudicantium male ſentiens vezania, tantæ vrbanitatis accerſere potentiam, huius periodi quam alioquin chimicho damnaueram ſilentio, defenſſorem habere coëgit. Vt ediſcant verba plærumque in ſuos prolata relabi autores, & Deum tenuibus ingeniolis de ſupremis principibus faturis,magnos indere animos. Vale.

Digitized by Google

VRBANO ...

TORAM ...
... cal in ...
celis ... exposuit d...
coram Augustensi populo
Rustico tam stylo de Vrbani Celaui vili-
nitate loquutus, appicorum ... i-
geniorum non nisi ex alieno loquẽtium ce-
rebro, & suorum ... edoctorum vt Pleytaci
idem de me iudicantium male feriens ve-
zania, tantæ vrbanitatis accerſere poten-
tiam, huius periodi quam alioquin chimi-
cho damnaram ſilentio, defenſorem ha-
bere coëgit. Vt eiiciant verba plerumque
in ſuos prolata relabi autores, & Deum ce-
nnibus ingeniolis de ſupremis principibus
faturis, magnos indere animos. Vale.

RVSTICÆ ET VRBANAE VIRTVTIS DVELLIIPXCICON.

QVATERNA quaternis luctant animis, diſparibus tamen armis, in quadro quadratum poſitum duellium, quaterno flacceſſit ictu, Ruſticum antiquitatis ethimum, Vrbano contunditur lixoio: hinc Pirinus adeſt Sacerdos, qui Paripi retinet chartam; hinc Marcidus & flacceſſens zeloipi Baccans anatiſmus, ſolis ad augurium tanti certaminis euentum inaugurare reformidat, quod vnus attrahit, alter atterit, nihilque inter eos magis inuidum, quam quod inuiſum; & dum ruſtica priſci ſæculi inſolentia. *Impietatis erga Deum, inobedientia erga Principem, literarum aſpernamenti, & faſtus appetentia* innixa adimo, vrbanę, hu-

ius

ius ſæculi, erga Deum, erga Principem, erga literas, & faſtus negligentiam; inuidet ſolertia: vrbanus exſuſcitatur animus qui noue virtuti ſuggerit, nihil tam inuiſum quam adulterino virtutis effigio verum virtutis ſpecimen herbam porrigere. Sed hoc non carpitur diſco, eo magis ſucculentior quo negligentior reſurgit, plus appetit reuereri quam vereri; faſtuoſum & pernicax Aganapedis ſymbolū, ſe magis victorē quam cum victum, pugnatorem quam cum expugnatum exhibet. Hinc diuerſis parētat manibus proſperus, vt quadruellio reddatur exituo,

-------- *Dum prælia cernunt;*

Currunt vt ſummo faueant incendia Ioui.

Fitque ex letho, lætus eius animus: demortuo Gregorio X V. fœlicis recordationis Summo Pontifice, iam ſibi clamidem buxcinandam, & laurum arripiendam exiſtimabat, vacua Petri Sede, vanas omnium Chriſticolarum cogitationes, vel minimo inſurgentium ſibilo inſibulandas, ſeque neſcio quibusholocauſtomatibus munitum, omnium noſtrum fidei Principum animos obturbaturos ſibi inducebat.

Tau-

Taurus Sillena, taurus tibi pulcher Apollo,
Cianeos crines taurus mactetur habenti.

Veræ fidei impugnator, cum propugnator, tanquam crittones & hermippi cranacenſium & cecropenſium tetigophori, culcatum vnguento vultum tergens, ciccadis aureis capillos implicans, cineroſis ad albicans inſulis reliquum corporis vittans, totoque denique circunfluentium applauſu *uel, uei*, (hoc eſt) ſalus, ſalus, acclamante, ad athesis littus catulum, culcarum flocciculis inuolutum & ſemilitrantem, Sillenæ, eius omonbotetæ immolauit,

Terrorem iniiecit caltis Saturnia Juno.

Principis incrementis zelotiſta & ſi ipoziſta, pro ſuo principe micans, contra eum dimicãs, Coribantes Cybeles infantuli & adhuc in vlnis iacentis Iouis cuſtodes imitatus. Raſo & aperto capite, pelle leonina indutus, oculis cypario obuelatis, reuictis ex mirthæ tendiculis poſt tergum manibus, pedibus excalceatis ex coſto tamen oblitis, face ex chorilo confecta præeunte, & has voces, Iuua nos, Iuua nos: identidem geminante, ydam proficiſcitur, vt Cybelem curru

à leonibus tracto inſidentem Apollinis auc (*Cynum intelligo*) placare poſſet, quam emaſculati Cybelem comitantes Galli, capita rotantes, & mutuo quodam furore rapti conficiebant.

----- Detrahere è cœlo neque vincere ſummam,
Vlla Cybelem poterit vis, labor omnis inanis.

Literarum inſſultor cum aſſertor, vt quondam Thiades aut Menades, vel vt alij Triaderides mitratus, & intõſſa crine, barba prę-terquam in ſuperiore labro penitus abraſa, aluca ad talos vſque fluente amictus, dextera baſiliſcum prehenſans, capite acutiſſimo, & candida velut diademate macula inſignito, ore rudi, oculis & colore ad nigredinem vergentibus, palmum non excedentem, nec flexu multiplici & ſinuoſo vt reliquum ſerpentum genus implicantem, ſed ſelſum erectum & in medio incedentem, Baccillæ ſacra fecit.

Atque corona nitet clarum inter ſydera ſignum,
Baccilla.

Faſtus eſuriens Zeniri & Phanapeo puero fruge, & mole ſalſa ad Numæ Pompilij cõſtitutum, aut ex ordei primicijs, tanquam

alter

alter Chriſtologus litauit.

O Xantiri ſacrificia, quæ Callymacho mortem, Phalaris oblamenta quæ Spurco Sturnioni inſolentis vertiginis concitamenta, Achanini vota quæ Sælio oculorum orbitationem, reluctantibus eorum animis peperere.

Flamma volat multos vocans ex æthere diuos:
Flamma tenet diuos, flamma repellit eos.

Non his litant in aris ſupremi numinis mortale victimis (*Auenio*) non hæc ruſtica acceptat ſacrificia, ſed potius infanda inficiatur holocauſta: hinc inter hæc alternantia & altercantia mutui, & mutilatis tātum ingenijs ancipitis certaminis nubila (quę non longinquis ab hinc temporibus noſtra vidit Auenio) Deus optimus, maximus, vrbanis fauens deſiderijs, tibi Pontificem, optimum, maximum, *Vrbanum Octauum* (antehac Illuſtriſſ. & Reuerendiſſ. Cardinalem *Mapheum Barberinum*) numinis cuius in terris vices gerit inuictiſſimum defēſſorem, hæreticorum ſui Principis perduellionum infenſiſſimum, literarum amantiſſimum, faſtus inimiciſſimum (vt ſui cultus exactiſ-

ſimus Principum obedientiæ Archelaus, litterarum, Ptolomeus, & faſtus vltor) largiri dignatus eſt. Qui diuini munitus Agamemnonis Baccillo, primi inſultantis aplotecmata in fœdiſſimum nidorem.

Et ſaxa vertunt calta in fumum,
Quo nihil peſtilentiùs.

Secundi inſilientis faces in tenebras.

Ipſe facit corilus Phœbum exinanire,
Per coſtum Phœbus vertitur in tenebras.

Tertij agredientis arma, in toxica ſibi nocitura.

Baccare frontem cinge,
Virus ne noceat, malæ
Linguæ ſerpentis.

Quarti auſpicantis molem, in terſſum ſoporem commeauit.

Cecrope trunca moles coniuncta camino.
Reddidit inſontes Fabios cunctoſque Lucullos.

Et dudum inſontes reddidit ruſticos vrbanus; inter hæc ruſtica & vrbana acrimina, inexſpectatus; & tandiu Auenioni deſideratus euenit Vrbanus, qui ruſticorũ inſolentias vrbano ſui ingenij acumine contundet.
Iampridẽ inter hæc abhorta certaminis li-

 mina

mina, quærebaris Auenio demortuum Gregorium XV. tam repentinam eius plangebas mortem, acceleratum pādebas obitum: magnus fateor obiit Princeps, optimus abiit Pontifex, ſed tibi maximus reſtituitur Agenor. Vidéſne tot Pontificū tibi conceſſa priuilegia, inſolētis fortunę ethimis & aliquorū ignauia eruta? tot libertates flauæ ſortis collapſu ruinas? tot Ioannis XXI. immunitates, neſcio quorū Pontificum, & ruſticorū ciuium Sabiana attenuitate attenuatas, priſtinum Curiæ inter orbem primæ, Dominorum Iudicum S. Petri maligna ſorte, in maximum ciuium præiudicium, Ciuitatis dedecus, & miſerorum ſolacium, decus in dedecus panegerycum? vides denique omnia Auenioni perturbata? ordines æquatos? literas ſpretas? faſtus appetitos? virtutem obtruſam? omnia denique ruſtica? Hæc cernis? non cernet Vrbanus Octauus.

Sed crepitu dabit ille

Quæ lenitu habere poſſes ſi velles.

O ſors tanto Principe digna, tanteq; dignitati ſortiens majeſtas: ô fœlix Auenio, cui tanto datum eſt frui Principe.

Innuit his dictis Pallas, quodque innuit illa,
Perficitur, nati Iupiter hoc tribuit.

Habes Palladium contra inſultantium animos, dum habes Vrbanum Octauum: hic enim eſt in quo Vrbana Auenionenſium repoſita eſt ſalus, qui vt alter Tiberius & Germanicus, in Italia & Roma; Fabius in Capadocia; Ælius Lamprilius in Belgia; Otto Samul in Polonia: quæ tibi à prioribus conceſſa, & longo temporis tractu obſoleta, fauorabili ſui animi Capadocio, è facili ſuo expromet alueo.

Hic eſt qui vt quondam Iacobus V. in Scotia, anno 1532. inſtitutum antehac à Chrainto Rege tribunal penitus deſtitutũ: ſic curiæ S. Petri ſedem, non ſolùm in priſtinum reſtituet ſplendorem, ſed longè maximis priuilegiorum decorabit facibus, vt de eo quod Romani, de Catullo iuſticiæ conſſeruatorem, Athenienſes de Lucullo, iuris Tharſicum; & in Barbania de Flauo Athemi ſolarium ſuę ciuitatis, iudiciorum auctorem, quod ipſi ἄτεχνον vocant, longè facili periodo dicere poſſimus:

Hic eſt qui magni Alexandri vices gerẽs,

Pomp

Pompei actus diiudicans,& Seueri Tarquinij iudicium explicans, Themidos amplexabitur alumnos,& te Auenionem ſcrinium ingenuarum artium, virtutum atymon, & Muſarum hoſpicium Vniuerſitati tuæ, tum à Iulio II. quam ab alijs Pontificibus indulta conſeruando efficiet, & innatum Auenioni faſtus appetitum, vrbana manu vindice faſtus, tanquam alter Tiberius (cui vnicus hoſtis faſtus, publicæ vtilitatis exſuſcitatus adimo) reſecabit tantæque vanitati clauſtra reſerabit: quid vltra ſpectare, ad quid te parare poteras Auenio? An facilior huius certaminis euentus?

Nunc Epaphus magni genitus de ſemine tandem,
Creditur eſſe Iouis.

Vides ne fidei perſecutores palynuram canere, ſui Principis detractores receptui ſe parare, literarum inſultores terga dare, faſtus aſſeclas Lycurmijs aſſimilari; Illuſtriſſ. Cardinalis Barberini, ad tam excelſam & ſublimem ſedem promotio,palynurę cauſa, aliorũ receptio,fugę datio, & verus Lycurmius. Iã tela retuſa, faui obſtruſi,cepites detruſi; ſolo Vrbani nomine hoſtis tremt primus,

Digitized by Google

mus, timet ſecundus, exugit tertius, flacceſſit quartus, quid tibi ſperandum Auenio?

Teucro Duce, & Principe tanto.

Quandiu Vrbanus aderit Octauus, quis cõtra fidem? Vrbani I. exurget memoria, primi chariſmaticæ poſt Baptiſmum vnctionis auctoris, primi Eccleſiæ ornatus aurei donatoris, pro fide Martyris. Vrbani II. refricabitur animus, qui anno milleſimo nogenteſimo quarto Duce Godofreo Bullione, tercentum mille Equites Chriſtianos cruce donauit, vt ſacra Hieruſalem terra Chriſtianis iungeretur & Gallorum inſſipientes Clericos, ad verum Monachialem ſtatum, præſertim Claremontanos reduxit.

Quandiu Vrbanus aderit, nulli aderunt ſui Principis rebelles. In iſto viuet Vrbanus III. qui contra Venetos ſeditioſos, & Antiochiani faſtuoſos, ſolo ſuo compreſſit nutu, & Surianos ſui Principis vaſtantes agros repulit. Viuet Vrbanus IV. Gallorum Regi addictiſſimus, primus feſtiuitatis ſacratiſſ. corporis Chriſti inſtitutor, qui poſt donatũ ab ipſo regnum Neapolitanũ, Carolo d'Anjou, Chriſtianiſſimi Galliarum Regis fratri,

ſibi

ſibi deſeruientis in Roma ſubditos ita ex-cepit, vt Auxerrienſi Epiſcopo rebelles, huiuſmodi perterritos diſciplina pœnitentes, conciliauerit.

Viuat Vrbanus Octauus & vigebunt literæ, prout virebit Vrbanus Quintus, quem Pontificem noſtra vidit Auenio vſque eò literarum cultorem, vt magis penderit vnius diſcipuli Auenionenſis anagramma, quam Ioannis Agati ex puriſſimo auro ſibi oblata ſcriniola. Virebit Vrbanus Sextus eiuſdē diſciplinæ fautor, cui tantus literarum innatus erat appetitus, vt ſæpe diceret omnia, & dignitates, & potentias, & feſtiuitates, præter literas ſibi nauſeam parere.

Nullus Auenioni faſtus quandiu Vrbanus Octauus, Vrbani Septimi imitator aderit, de quo propter repentinam eius mortem nihil aliud accepimus, quam sericis nuſquam amictum fuiſſe veſtibus. O fauſtum Vrbani nomen! ô fortunati & fœlices huius æui mortales; qui in vno, quod in ſepten præterita videre ſæcula conſpicitis: nec mirum fœcunditate generantur apes, prudentiæ ethimolos, obedientiæ ſymbolum, caſtitatis

amatores, ſui verò negligẽtes, ſicq; Aueni-

Eſt tibi ſeptem præſtanti, corpore lympus.

Nunc deſcende cælo dic age tibia.

Regina longum Calliope melos,

Seu voce nunc mauis acuta,

Seu Phidibus cytharaue Phœbi.

Si gloriabatur Alcibiades ſe Palmelionis militem, Anchiſes Phalaris, Xerxes Euchemenis, ſi exultabat Amphiliom Herodotum magiſtrum, Fabius Agmonem, Cæpola Demoſthenem habuiſſe; ſi inſſultabat Darius Animoo Regi, Craſſus Dario, Commodus Sulpicio inſſeruiſſe. Gloriare, exulta, & inſulta Auenio, te tantum Ducem, tãtum Magiſtrum, tantum Principem habere; qui & Palmelionis, Phalaris, & Euchemenis diſciplinam: Herodoti, Agmonis, & Demoſthenis ſcientiam: Animoi, Darij, & Commodi potentiam ſuperat.

Si faſtidienti faſtidiebat faſtu Chaliſthenes, quod hijs temporibus quibus Aggſiẽſis Senatus moderabatur limina, ſors Euclidem Principem feciſſet: Quid non turgenti inflaris actu (Prolegate Illuſtriſſime) quod hijs temporibus quibus Auenioni tanti Prin-

cipis

cipis agis partes : (Archipræſul Religioſiſ ſime) tanti numinis repræſentas effigiem (Marchio Potentiſſime) tanti Ducis fungeris miniſterio. Non ſors, ſed geminata diuina prouidentia, geminato Illuſtrium Cardinalium animo: non principem, non Ducem, ſed in totius orbis moderatorem, & præpotentis Numinis Vicarium (Illuſtriſſimum Cardinalem Barberinum elegerit) faſtidite, ſuperbite, inflemini, non hic Vrbanus prohibetur faſtus.

Pro tanto Principe dignus.

Si Numidæ fœlices, & in æternum cum ſuis Principibus ouaturas exiſtimauerint ciuitates, quarum principes apum cultores exiſterent, tum propter peculiare ab huiuſmodi animalculis ſuo Regi pręſtitum obſequium, tum propter innatam ſuo Regi caſtitatem, & ingenitum huiuſmodi apum corpuſculis odium, contra tam eleganter compoſitæ earum Reipublicæ (humanarum certe etimolæ) inſſultores, & ſuorum Regum turbatores, quid tibi auſpicandum Auenio? cum non apum cultorem habeas Principem, ſed eius arma huiuſmodi exugentur apibus, niſi

Digitized by Google

ſuantem habebis Principem: Quod ſi Macedones tam ſolerti cura & ſtudio illud Alexandri commendauerint, quod *Veniſſet, Vidiſſet, Viciſſet*: Archiuijs veſtræ Domus Publicæ (Conſules Mag^mi.) quibus hæc cura incũbit, inſcribite & poſteris linquite quod Vrbanus Octauus *Venit, Vidit, Vicit*.

Venit Auenionem Galliam Nuncij Apoſtolici fungens vices properans: vidit Auenionem eum ſingulari ſtudio excipientem. Vicit omnium in ſe animos: venit Auenionem Romam purpura à Paulo V. donatus proficiſcens, vicit ſua manſuetudine primatum ſtudium: vicit ſua induſtria Chriſtianiſſimi Galliarum Regis Henrici IV. beneuolentiam, vicit pietate Paulum V. vicit ſua integritate purpuram, vicit literarum aſpernamenta, & faſtus irritamenta: vicit Chriſtianiſſ. Galliarũ Regis Ludouici XIII. animum, vincet ſuo ſtudio vicinorum incredulitatẽ, ſui principis detractorũ malignitatem vicit ſuis meritis Cardinaliũ vota, quibus ad tantæ dignitatis faſtigium euectus eſt.

Gloriare ſupra Macedonem Auenio, quod videris & viceris tuũ Principem, vidiſti eum

Chri-

Chriſtianiſſ. Galiiarum Regis Nuncium, viciſti publicis acclamationibus quibus exultaſti, dum purpuratum Romam redeuntem vidiſti, viciſti ſingulari tuo erga eum obſequio, deuoto tuorum votorum fidelitio, viciſti publicis geſticulationibus, quibus tanti noui impatiens inſſultaſti, dum infantuli cœleſti acti numine, Vrbanum Octauum, Pontificem, optimum, maximum cecinere, ſic victor, & victus, ſic Auenio victa, & victrix, ſic Vrbanus victor, & ſui Auenionenſes ſubditi victores, ſic nō ſibi, ſed tibi (Auenio) mellificarunt apes.

Te vincamus, *Deus præpotens*, hoc ſalutari piaculo, vt ruſtica adannulans ethima, & nopis incorruptum conſeruando Numi-'.arum fœlix augurium, incolumem nobis, & ſemper triumphantem ſerues Vrbanum Octauum, tantum Ducem, tantum Principem, tantum Pontificem, ſingulari tua liberalitate, ſi non Petri vincere, ſaltem æquare dies concedas, vt omnes fidei vincas rebelles, qui tuo nos vrbano viciſti lauacro. In hoc te vincamus, & te vincendo

Digitized by Google

tanti Principis vincas animum. Ego verò ſingularibus eius virtutum victus adimis, huc veni, hæc vidi, ſed non vici, tantum. Dixi.

FINIS.

Digitized by Google